

PSALMI, CANTICA ET HIMNI  
qui citantur in hoc libro.

---

Psalmus 50.

Miseré mei, Deus: \* secúndum mag-  
nam misericórdiam tuam.

Et secúndum multitúdinem misera-  
tiónum tuárum: \* dele iniquitátem  
meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea:  
\* et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cog-  
nósco: \* et peccátum meum contra me  
est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te  
feci: \* ut justificérис in sermóníbus  
tuis, et vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniuitatibus concép-tus sum: \* et in peccatis concépit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* in-cerita et occulta sapientiae tuae mani-festasti mihi.

Adspérges me hyssopo, et mundá-bor: \* lavabis me, et super nivem deal-babor.

Audítui meo dabis gaúdium et laetítiam: \* et exsultabunt ossa humiliá-ta.

Avérte fáciem tuam a peccatis meis:  
\* et omnes iniuitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: \* et spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projicias me a fácie tua: \* et Spíritum Sanctum tuum ne áuteras a me.

Redde mihi laetitiam salutáris tui:  
\* et spíritu principali confirma me.

Docébo ínfimos vias tuas: \* et ím-pii ad te converténtur.

Lábera me de sanguinibus, Deus,

Deus salútis meae. \* et exsultábit lin-gua mea justitiam tuam.

Dómine lábia mea apéries: \* et os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluisses sacrificium, de-dísssem útique: \* holocaústis non delec-táberis.

Sacrificium Deo spíritus contribulá-tus: \* cor contrítum et humiliátum, Deus non despíscies.

Benígne fac Dómine in bona volun-tate tua Sion: \* ut aedificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiae, oblatiōnes et holocaústa: \* tunc impónent super altare tuum vitulos.

Gloria Patri. Sicut erat.

### Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: \* illúminet vultum suum su-per nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terra viam tuam:

(4) PSALMI, CANTICA ET HIMNI.

\* in ónnibus géntibus salutare tuum.

Confiteántur tibi pópuli Deus: \* con-  
fiteántur tibi pópuli omnes.

Laetentur et exsúltent gentes: \*  
quóniam júdicas pópulos in aequitáte,  
et gentes in terra dfrigis.

Confiteántur tibi pópuli Deus: con-  
fiteántur tibi pópuli omnes: \* terra de-  
dit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster,  
benedícat nos Deus: \* et métuant eum  
omnes fines terrae.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 53.

Deus, in nómine tuo salvum me fac: \*  
Et in virtute tua júdica me.

Deus exaudi oratióne meam: \* aú-  
ribus pércepe verba oris mei.

Quóniam aliéni insurrexérunt ad-  
vérsum me, et fortes quæsiérunt án-  
imam meam: \* et non proposuérunt  
Deum ante conspéctum suum.

PSALMI, CANTICA ET HIMNI. (5)

Ecce enim Deus ádjuvat me, \* et  
Dóminus suscéptor est ánime meae.

Avérte mala inímicis meis: \* et in  
veritaté tua dispérde illos.

Voluntárie sacrificábo tibi: \* et con-  
fítabor nómini tuo Dómine, quóniam  
bonum est.

Quóniam ex omni tribulatióne eri-  
puísti me, \* et super inímicos meos  
despexit óculus meus.

Glória Patri. Sicut erat.

Psalmus 56.

Miserére mei Deus, miserére mei: \*  
quóniam in te confidit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperá-  
bo, \* donec tránseat iniquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum: \*  
Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, et liberávit me: \* de-  
dit in opprórium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam, et  
veritátem suam: \* et erípuit ániam

meam de medio catulorum leonum:  
dormivi conturbatus.

Fili hominum, dentes eorum armam  
et sagittae: \* et lingua eorum gladius  
acutus.

Exaltare super cœlos Deus: \* et in  
omnem terram gloria tua.

Laqueum paraverunt pedibus meis:  
\* et incurvaverunt animam meam.

Fodérunt ante faciem meam foveam:  
\* et incidérunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum  
cor meum: \* cantabo et psalmum di-  
cam.

Exsurge gloria mea, exsurge psalté-  
rium et cithara: \* exstygiam diluculo.

Confitabor tibi in populis Dómine:  
\* et psalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificata est usque ad  
cœlos misericordia tua: \* et usque ad  
nubes veritas tua.

Exaltare super cœlos Deus: \* et su-  
per omnem terram gloria tua.

Glória Patri. Sicut erat.

---

## Psalmus 69.

Deus in adjutorium meum intende: \*  
Dómine ad adjuvandum me festina.  
Confundantur, et revereantur, \* qui  
quaerunt animam meam.

Avertantur retrorsum, et erubescan-  
t: \* qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes: \*  
qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exsultent et laetentur in te omnes,  
qui quaerunt te: \* et dicant semper:  
Magnificetur Dóminus, qui diligunt sa-  
lutare tuum.

Ego vero egenus, et pauper sum: \*  
Deus adjuva me.

Adjutor meus, et liberator meus es  
tu: \* Dómine ne moreris.

Glória Patri. Sicut erat.

---

## Psalmus 85.

Inclina Dómine aurem tuam, et exau-  
di me: \* quóniam inops et pauper sum  
ego.

Custodi ánimam meam, quóniam sanctus sum: \* salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: \* laetífica ánimam servi tui, quóniam ad te Dómine ánimam meam levávi.

Quóniam tu Dómini suávis et mitis: \* et multae misericórdiae ómnibus invocáribus te.

Aúribus pérceipe Dómine oratióne meam: \* et inténde voci deprecationis meae.

In die tribulatiónis meae clamávi ad te: \* quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis Dómine: \* et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te Dómine: \* et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: \* tu es Deus solus.

Dedu me Dómine in via tua, et ingrédiar in veritáte tua: \* laetétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi Dómine, Deus meus, in toto corde meo: \* et glorificábo nomen tuum in aetérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: \* et eruísti ánimam meam ex inferno inferiòri.

Deus, iniqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quaesiérunt ánimam meam: \* et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine Deus, miserátor et miséricors: \* pátiens, et multae misericórdiae, et verax.

Réspice in me, et miseré mei: \* da impérium tuum píero tuo, et salvum fac filium ancíllae tuae.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant, qui odérunt me, et confundán- tur: \* quóniam tu Dómine adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri. Sicut erat.

## Psalmus 129.

De profundis clamávi ad te Dómine: \*  
Dómine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuae intendéntes \* in  
vocem deprecationis meae.

Si iniquitátes observáveris Dómine:  
\* Dómine quis sustinébit?

Quia apud te propitiatio est: \* et  
propter legem tuam sustinui te Dómi-  
ne.

Sustinuit ánima mea in verbo ejus:  
\* sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noc-  
tem, \* speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, \*  
et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse rédimet Israël, \* ex ómni-  
bus iniquitatibus ejus.

Glória Patri. Sicut erat.

## CANTICUM B. MARIAE VIRGINIS.

Luc. Cap. I. v. 46.

Magnificat \* áнима mea Dóminum.  
Et exsultávit spíritus meus \* in

Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancíllae  
suae: \* ecce enim ex hoc beatam me  
dicens omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens  
est: \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in  
progénies \* timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: \*  
dispersit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: \* et exal-  
tavit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: \* et dí-  
vites dimísit inánes.

Suscépit Israël puerum suum, \* re-  
cordátus misericórdiae suaे.

Sicut locútus est ad patres nostros,  
\* Abraham, et sémini ejus in saecula.

Glória Patri. Sicut erat.

## Canticum Zachariae.

Benedictus Dóminus Deus Israël: \*  
quia visitávit, et fecit redemptiōnem  
plébis suaे.

(12) PSALMI, CANTICA ET HYMNI.

Et erexit cornu salutis nobis, \* in domo David pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum,  
\* qui a saeculo sunt, prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis nostris, \* et de manu omnium qui odierunt nos.

Ad faciendum misericordiam cum patribus nostris: \* et memorari testamenti sui sancti.

Jusjurandum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, \* datum se nobis:

Ut sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, \* serviavimus illi.

In sanctitate et justitia coram ipso,  
\* omnibus diebus nostris.

Et tu, puer, propheta Altissimi vocaberis: \* praefbis enim ante faciem Domini, parare vias ejus.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus: \* in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiae Dei nostri:

PSALMI, CANTICA ET HYMNI. (13)

\* in quibus visitavit nos, oriens ex alto.

Illuminare his, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent: \* ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria Patri. Sicut erat.

Hymnus.

Te Deum laudamus: \* te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem \* omnis terra veneratur.

Tibi omnes angeli, \* tibi coeli, et universae potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim \* incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus \* Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt coeli et terra \* magnitudinis gloriae tuae.

Te gloriosus \* Apostolorum chorus:

Te Prophetarum \* laudabilis numerus:

Te Mártyrum candidátus \* laudat exérctus.

Te per orbem terrárum \* sancta con-fítetur Ecclesiá:

Patrem \* imménsae majestatis:

Venerándum tuum verum, \* et únicium Fílum:

Sanctum quoque \* Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriae, \* Christe.

Tu Patris \* sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptírus hó-minem, \* non horruísti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, \* aperuís-ti credéntibus regna coelórum.

Tu ad déxteram Dei sedes, \* in glória Patris.

Index créderis \* esse ventúrus.

Te ergo quaesumus, tuis fámulis súbveni, \* quos pretiósio Sánguine redemísti.

Ætérna fac eum Sanctis tuis \* in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine,

\* et bénedic haereditati tuae.

Et rege eos, \* et extólle illos usque in aetérnum.

Per síngulos dies \* benedícimus te.

Et laudámus nomen tuum in saecu-lum, \* et in saeculum saeculi.

Dignáre, Dómine, die isto \* sine pec-cato nos custodíre.

Miseré nostri, Dómine, \* miseré nostri.

Fiat misericórdia tua, Dómine, su-per nos, \* quemádmodum sperávimus in te.

In te, Dómine, sperávi: \* non con-fundar in aetérnum.

¶ Tunc dicuntur Vers. et Orat. in Rituali vel hoc Benedictionali suis lo-cis praescript. Alias dicitur:

V. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in saecula.

V. Benedíctus es, Dómine, in fir-maménto coeli.

(16) PSALMI, CANTICA ET HYMNI.

R. Et laudabilis, et gloriósus, et  
superexaltátus in saecula.  
V. Dómine, exaudi oratióne meam.  
R. Et clamor meus ad te véniat.  
V. Dóminus vobíscum.  
R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.      *Oratio.*

Déus, cuius misericórdiae non est númerus, et bonitatis infinitus est thesáurus: piissimae majestati tuae pro collatis donis grátiás agimus, tuam semper clementiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non déserens, ad praemia futura dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

—  
Hymnus.

Veni, Crátor Spíritus,  
Mentes tuórum vísita,  
Imple supérna grácia,  
Quae tu creásti pectora.

PSALMI, CANTICA ET HYMNI.

(17)

Qui díceris Paráclitus,  
Altíssimi donum Dei,  
Fons vivus, ignis, cháritas,  
Et spiritális úntio.

Tu septifórmis múnere,  
Dígitus Patérnae déxterae,  
Tu rite promíssum Patris,  
Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infúnde amórem córdibus,  
Infírma nostri córporis  
Virtúte firmans pépeti.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:  
Ductóre sic te praevio  
Vítémus omne nóxiūm.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium:  
Teque utriúsque Spíritum  
Credámus omni témpore.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,

Nunc et per omne saeculum.

Amen.

*Tempore Paschali:*

Deo Patri sit glória,  
Et Filio, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In saeculórum saecula. Amen.

¶ Extra casum Benedictionis, in  
fine dici solet:

V. Emítte Spíritum tuum, et crea-  
búntur.

R. Et renovábis fáciem terrae.

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíri-  
tus illustratióne docuísti: da nobis  
in eódem Spíritu recta sápercere, et de  
eius semper consolatióne gaudére. Per  
Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

---

LITANIAE OMNIVM SANCTORVM.

(Vocatur e'iam Ordinaria, et est eadem quæ  
citatür in pag. 113 et 136.)

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Christe audi nos.

Christe exaúdi nos.

Pater de coelis Deus, miserére nobis.  
Fili, Redémptor mundi Deus, miseré-  
re nobis.

Spíritus Sancte Deus, miserére.  
Sancta Trinitas unus Deus, miserére.  
Sancta Maríá, ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.

Sancta Virgo vírginum, ora.

Sancte Míchaël, ora.

Sancte Gábriel, ora.

Sancte Ráphaél, ora.

Omnes sancti Angeli et Archángeli,  
oráte pro nobis.

Omnes sancti beatórum Spirítuum ór-  
dines, oráte.

Sancte Joánnes Baptista, ora.

Saucte Joseph, ora.

## (20) PSALMI, CANTICA ET HYMNI.

Omnes sancti Patriárchae et Prophétae, oráte.  
 Sancte Petre, ora.  
 Sancte Paule, ora.  
 Sancte Andréa, ora.  
 Sancte Jacóbe, ora.  
 Sancte Joánnes, ora.  
 Sancte Thoma, ora.  
 Sancte Jacóbe, ora.  
 Sancte Philíppe, ora.  
 Sancte Bartholomaei, ora.  
 Sancte Matthaee, ora.  
 Sancte Simon, ora.  
 Sancte Thaddaei, ora.  
 Sancte Mathíia, ora.  
 Sancte Bárnaba, ora.  
 Sancte Luca, ora.  
 Sancte Marce, ora.  
 Omnes sancti Apóstoli et Evangelístae, ora.  
 Omnes sancti Discípuli Dómini, ora.  
 Omnes sancti Innocéntes, ora.  
 Sancte Stéphane, ora.  
 Sancte Laurénti, ora.  
 Sancte Vincénti, ora.

## PSALMI, CANTICA ET HYMNI. (21)

Sancti Fabiáne et Sebastiáne, oráte.  
 Sancti Joánnes et Paule, oráte.  
 Sancti Cosma et Damiáne, oráte.  
 Sancti Gervási et Protási, oráte.  
 Omnes sancti Mártires, oráte.  
 Sancte Silvéster, ora.  
 Sancte Gregóri, ora.  
 Sancte Ambrósi, ora.  
 Sancte Augustíne, ora.  
 Sancte Hieróuyme, ora.  
 Sancte Martíne, ora.  
 Sancte Nicoláe, ora.  
 Omnes sancti Pontífices et Confessóres, ora.  
 Omnes sancti Doctóres, ora.  
 Sancte Antóni, ora.  
 Sancte Benedícte, ora.  
 Sancte Bernárde, ora.  
 Sancte Domínice, ora.  
 Sancte Francísce, ora.  
 Omnes sancti Sacerdótes et Levítæ, ora.  
 Omnes sancti Mónachi et Eremítæ, ora.  
 Sancta María Magdaléna, ora.

Sancta Agatha, ora.  
 Sancta Lúcia, ora.  
 Sancta Agnés, ora.  
 Sancta Caecilia, ora.  
 Sancta Catharína, ora.  
 Sancta Anastásia, ora.  
 Omnes sanctae Vírginis et Víduae,  
     oráte.  
 Omnes Sancti et Sanctae Dei,  
     intercéde pro nobis.  
 Propítius esto,  
     parce nobis, Dómine.  
 Propítius esto,  
     exaudi nos, Dómine.  
 Ab omni malo,  
     líbera nos, Dómine.  
 Ab omni peccáto, líbera.  
 Ab ira tua, líbera.  
 A subitánea et improvísa morte, líbera.  
 Ab iusídiis diáboli, líbera.  
 Ab ira, et ódio, et omni mala voluntá-  
     te, líbera.  
 A spíritu fornicatiónis, líbera.  
 A fúlgure et tempestáte, líbera.  
 A flagello terraemótus, líbera.

A peste, fame, et bello, líbera.  
 A morte perpétua, líbera.  
 Per mystérium sanctae Incarnatiónis  
     tuæ, líbera.  
 Per Advéntum tuum, líbera.  
 Per Nativitatēm tuam, líbera.  
 Per Baptísimum et sanctum Jejúnium  
     tuūm, líbera.  
 Per Crucem et Passióne tuam, líbera.  
 Per Mortem et Sepultúram tuam,  
     líbera.  
 Per sanctam Resurrectiónem tuam,  
     líbera.  
 Per admirábilem Ascensiónem tuam,  
     líbera.  
 Per advéntum Spíritus Sancti Pará-  
     cliti, líbera.  
 In die judicii, líbera.  
 Peccatóres, te rogámus audi nos.  
 Ut nobis parcas, te rogámus.  
 Ut nobis indúlgeas, te rogámus.  
 Ut ad veram poenitentiam nos perdú-  
     cere dignérис, te rogámus.  
 Ut Ecclésiam tuam sanctam régere, et  
     conservare dignérис, te rogámus.

(24) PSALMI, CANTICA ET HYMNI.

Ut Domnum Apostólicum, et omnes ecclesiásticos órdines in sancta reliéione conserváre dignérис,  
te rogámus.  
Ut inimícos sanctae Ecclésiae humiliáre dignérис, te rogámus.  
Ut Régitibus et Princípibus Christiánis pacem et veram concórdiam donáre dignérис, te rogámus.  
Ut cuncto pópulo Christiánio pacem et unitátem largíri dignérис,  
te rogámus.  
Ut nos metípsos in tuo sancto servitío confortáre, et conserváre dignérис,  
te rogámus.  
Ut mentes nostras ad coeléstia desidéria érigas, te rogámus.  
Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitéra bona retríbuas, te rogámus.  
Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab aetéerna damnatióne erípias,  
te rogámus.  
Ut fructus terrae dare, et conserváre dignérис, te rogámus.

PSALMI, CANTICA ET HYMNI. (25)

Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem aetéram donáre dignérис, te rogámus.

*Hic datur benedictio per Sacerdotem rebus benedicendis, ut in locis propriis dictum est, et infra repetitur.*

Ut nos exaudire dignérис, te rogámus.

Fili Dei, te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
exaudi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
miserere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

¶ Postquam dictum fuerit in Litaniis: Ut ómnibus fidélibus defunctis, etc. Te rogámus, etc. surgit Sacerdos ab accubitu et dicit:

*In benedictione novae Ecclesiae: Ut hanc Ecclésiam, et Altáre, ad honórem*

tuum et nomen sancti tui N. purgáre  
et bene **†** dicere dignérис. R. Te ro-  
gámus, audi nos

*In reconciliatione Ecclesiae violatae:*  
Ut hanc Ecclésiam, et Altáre hoc, ac  
Coemetérium purgáre, et reconci- **†**  
liare dignérис. R. Te rogámus, audi nos.

*In benedictione novi Coemeterii:* Ut  
hoc Coemetérium purgáre, et bene- **†**  
dicere dignérис. R. Te rogámus, audi  
nos.

*In reconciliatione Coemeterii violati:*  
Ut hoc Coemetérium reconciliare  
et sancti **†** ficáre dignérис. R. Te ro-  
gámus, audi nos.

*In benedictione Fontis baptismalis  
bis dicitur:* Ut Fontem istum ad rege-  
nerándam tibi novam prolem bene- **†**  
dicere, et conse **†** cráre dignérис. R.  
Te rogámus, audi nos.

*Tum iterum procumbit Sacerdos, et  
perficiuntur Litaniae usque ad finem.*

*Si dicenda sunt Orationes Litania-  
rum, post ultimum Kyrie dicitur:*

Pater noster. *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatio-  
nem.

R. Sed libera nos a malo.

*Psalm. Deus, in adjútórium, etc.*  
*ut supra pag. [7] Glória Patri.*

V. Salvos fac servos tuos.

R. Deus meus, sperántes in te.

V. Esto nobis, Dómine, turris for-  
titúdinis.

R. A fácie inimici.

V. Nihil proficiat inimicus in no-  
bis.

R. Et filius iniquitatis non appónat  
nocére nobis.

V. Dómine, non secúndum peccáta  
nostra fáciás nobis.

R. Neque secúndum iniquitátes  
nostras retríbusa nobis.

V. Orémus pro Pontífice nostro N.

R. Dóminus consérvet eum, et vi-  
fíciat eum, et beátum fáciat eum in  
terra, et non tradat eum in ániam  
inimicórum ejus.

V. Orémus pro benefactóribus nos-tris.

R. Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus prop-ter nomen tuum vitam-aetérnam.

Amen.

V. Orémus pro fidélibus defúnctis.

R. Réquiem aetérnam dona eis, Dómine, et lux perpétua lúceat eis.

V. Requiéscant in pace.

R. Amen.

V. Pro frátribus nostris abséntibus.

R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

V. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

R. Et de Sion tuére eos.

V. Dómine, exaúdi, etc.

R. Et clamor meus, etc.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

*Oratio.*

Déus, cui próprium est miseréri semi-per et párcere: súscipe depreccatió-

nem nostram; ut nos, et omnes fámulo-s tuos, quos delictórum caténa con-tringit, miserátio tuae pietatis clemén-ter absolvat.

Exaúdi, quae sumus Dómine, súpli-ecum preces, et confiténtium tibi par-ce peccátis: ut páriter nobis indulgén-tiam tríbuis benígnus, et pacem.

Ineffábilem nobis, Dómine, misericór-diam tuam cleménter osténde: ut si-mul nos et a peccátis ómnibus éxuas, et a poenis, quas pro his merémur, erí-pias.

Deus, qui culpa offénderis, poeniténtia placáris, preces pópuli tui supplicán-tis propítius réspicie: et flagella tuae iracúndiae, quae pro peccátis nostris merémur, avérte.

Omnípotens, sempitérne Deus, miseré-re fámulo tuo Pontífici nostro *N.*, et dírige eum secúndum tuam clemén-tiam in viam salútis aetérnae: ut te do-

nánte tibi plácita cùpiat, et tota virtute perficiat.

Deus, a quo sancta desidéria, recta consilia, et justa sunt ópera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dédita, et hóstium sublata formidine, témpora sint tua protectiōne tranquilla.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros,  
Uet cor nostrum, Dómine: ut tibi casto cörpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Fidélium, Deus, ómnium Cónditor et Redémptor, animábus famulórum, famularumque tuárum remissiónem cunctórum tribue peccatórum: ut indulgentiam, quam semper optavérunt, piis supplicatiōnibus consequántur.

Actiōnes nostras, quaesumus Dómine,  
Adspirando praeveni, et adjuvando proséquere: ut cuncta nostra oratio, et

operatio a te semper incípiat, et per te copta finiátrur.

Ómnípotens, sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul et mortuorum, omniúmque miseréris, quos tuos fide et ópere futúros esse praeñoscis: te súpplices exorámus; ut pro quibus effundere preces decrévimus, quosque vel praesens saeculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exítios cörpore suscécit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietatis tuae cleméntia, ónnium delictórum suórum véniam consequántur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Ffílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia saecula saeculorum. R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

V. Exaúdiat nos omnípotens et misericors Dóminus.

R. Amen.

V. Et fidélium ánimae per miseri-

córdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

LITANIAE LAURETANAЕ BAETAЕ  
MARIAE VIRGINIS.

Kyrie eléison.	
Christe eléison.	
Kyrie eléison.	
Christe audi nos.	
Christe axaúdi nos.	
Pater de coelis Deus, miserére nobis.	
Fili, Redémptor mundi Deus, miseré-	
re nobis.	
Spíritus Sancte Deus, miserére.	
Sancta Trínitas unus Deus, miserére.	
Sancta María, ora pro nobis.	
Sancta Dei Génitrix, ora pro nobis.	
Sancta Virgo vírginum,	ora.
Mater Christi,	ora.
Mater divínae grátiae,	ora.
Mater puríssima,	ora.
Mater castíssima,	ora.
Mater invioláta,	ora.

Mater intemeráta,	ora.
Mater amábilis,	ora.
Mater admirábilis,	ora.
Mater Creatóris,	ora.
Mater Salvatóris,	ora.
Virgo prudentíssima,	ora.
Virgo veneránda,	ora.
Virgo praedicánda,	ora.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidélis,	ora.
Spéculum justítiae,	ora.
Sedes sapiéntiae,	ora.
Causa nostrae laetítiae,	ora.
Vas spirituále,	ora.
Vas honorábile,	ora.
Vas insígne devotiónis,	ora.
Rosa mystica,	ora.
Turris Davídica,	ora.
Turris ebúrnea,	ora.
Domus aúrea,	ora.
Foederis arca,	ora.
Jánua coeli,	ora.
Stella matutína,	ora.
Salus infirmórum,	ora.

Refugium peccatórum, ora.  
 Consolátrix afflictórum, ora.  
 Auxílium Christianórum, ora.  
 Regina Angelórum, ora.  
 Regina Patriarchárum, ora.  
 Regina Prophetárum, ora.  
 Regina Apostolórum, ora.  
 Regina Mártirum, ora.  
 Regina Confessórum, ora.  
 Regina Vírginum, ora.  
 Regina Sanctórum ómnium, ora.  
 Regina sine labe originálí concépta, ora.  
 Regina sacratissimi Rosárii, ora.  
 Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
     parce nobis, Dómine.  
 Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
     exaudi nos, Dómine.  
 Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:  
     miseré nobis.  
 Christe audi nos.  
 Christe exaudi nos.  
 Kyrie eléison.  
 Christe eléison.  
 Kyrie eléison.

V. Ora pro nobis, sancta Dei gé-  
nitrix.

R. Ut digni efficiámur promissió-  
nibus Christi.

Orémus.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus  
 Dómine Deus, perpétua mentis et  
 corporis sanitáte gaudére: et gloriósa  
 Beátæ Maríæ semper Vírginis inter-  
 cessione, à praesénti liberári tristitia,  
 et aetérna pérfrui laetitia. Per Chris-  
 tum Dóminum nostrum. R. Amen.

---

## DEL SACRAMENTO DE LA EXTREMA-UNCION.

ADMONICIO N.

*tomada del Manual Toledano,  
sobre la eficacia y efectos del Sacra-  
mento de la Extrema-Uncion,  
que podrá hacerse al enfermo, si el  
tiempo, la enfermedad y otras circuns-  
tancias lo permitieren.*

"Hermano: todos debemos conformarnos con la voluntad de Dios; pero á vos ahora os es mas necesario, estando como estais, oprimido por grave y peligrosa enfermedad, para que alcanceis por la benignidad divina la salud del alma primeramente, y despues la del cuerpo, si esta fuere útil para el alma. No tenemos la vida de nosotros mismos, sino que la hemos recibido prestada; y así cuando nos la pida su supremo dueño, la hemos de volver de buena gana: y si se os ha llegado el tiempo de pagar esta deuda, alegraos,

pues salís de los trabajos y miserias de la vida humana, y junto con la carga del cuerpo, dejais la potencia de pecar. Pasareis de este valle de lágrimas fortalecido con el socorro de los Sacramentos, lo cual habeis de apreciar como un gran beneficio; porque cuantas veces habeis recibido los Sacramentos, otras tantas habeis sido purificado y enriquecido con la sangre de Cristo Señor Nuestro. Por esto es, que apartado del afecto al pecado, debeis tener segura confianza, en cuanto lo permite la condicion humana, de que iréis al cielo. Os saludarán los Angeles, saldrán á recibiros los bienaventurados, la Santísima Virgen María os abrazará y os llevará á su divino Hijo, que os reconocerá por suyo, como adornado con el noble carácter de cristiano. Con la unción de este santo Oleo se acrecienta la gracia, los pecados veniales se perdonan, las enfermedades del alma y las reliquias del pecado se sanan, y el alma se llena de aquella alegría que

significa el mismo Oleo sagrado. Un-gense las principales partes del cuerpo, para que lo que se ha pecado por vi-cio de los sentidos y miembros, se sa-ne con esta celestial medicina. Con ella seréis fortalecido para luchar y vencer al demonio, que siempre hace los mayores esfuerzos para combatirnos al fin de la vida. Acaso os libraréis tam-bien de esta enfermedad; esto es, si os conviniere para la salud del alma, pues tal virtud tiene este Sacramento, co-mo dice el Apóstol Santiago; mas no debeis poner en ello vuestra principal esperanza, porque no aflojeis en el cui-dado del alma; ni tampoco habeis de desconfiar, porque no parezca que me-nosprecias la gracia del Sacramento. Preparaos, pues, á esta sagrada Unci-on con aquella fé con que llegaban en otro tiempo los que habian de ser sanados por los Apóstoles, y no dudeis que las santas oraciones con que invo-camos la divina misericordia, en per-sona de la Iglesia y de Cristo Nuestro

Señor, sean oídas por su divina Ma-gestad, que ninguna cosa desea mas que la salud de los fieles. A El sea da-da hora y gloria por los siglos de los siglos. Amen”

*De este método no se ha de usar siempre, ni con todas las personas; porque no todo se ha de decir á todos, sino aquello que al pru-dente Sacerdote pareciere conveniente. So-bre todo, tales exhortaciones serian absolu-tamente inútiles, cuando el enfermo ha per-dido el uso de la razon y de los sentidos.*

### MODO DE ADMINISTRAR LA EXTREMA-UNCION.

*En llegando á la casa del enfermo, el Sacerdote al entrar en la pieza en que yace, dice: “PAX HUIC DÓMUL.” R.  
“ET ÓMNIBUS HABITÁNTIBUS IN EA.”*

*Puesto el Oleo sobre la mesa, revis-tese de sobrepelliz y estola morada; y colviéndose al enfermo, preséntale la Cruz para que la bese devotamente. Despues, en forma de Cruz rocía con*